
1
6
440







IOH. BAVHINI D. ILL. CELS.
VVIRTEMB. &c. ARCHIATRI: ET
IOH. HEN. CHERLERI BASIL.
D. PHIL. ET MED.

HISTORIAE PLANTARVM GENERALIS NOVAE ET ABSOLVTISS.

QVINQVAGINTA ANNIS ELABORATAE
iam prelo commissæ

PRODROMVS:

QVO
VELVT IN SCIAGRAPHIA QVADAM
ΚΑΙ ΩΣ ΕΝ ΤΥΠΩ
ostendat
Quis in ea labor qui ordo ac series, quod opus.



EBRODVNI,
Ex Typographia SOCIETATIS CALDORIANÆ.
ANNO M. DC. XIX.

AD LECTOREM.

PRODIBIT in lucem breui,& iam sub prelo feruet IOANNIS BAVHINI, Archiatri Illustrissimæ Celsitudinis VVirtenbergicæ,& IO. HENRICI CHERLERI Philosophi & Medici Clarissimi, soceri, aui, generi,&c. coniunctis viribus exantlatum, vtriusq; piè defuncti, Opus magnificum & planè stupendum, cuius intueris PRODROMVM. Editum fuisset dud m & viuis Authoribus, nisi Typographi cuiusdam infortunio tantum bonum fuisset impeditum: & mali, nescio qui, genij lustris prioribus id inuidissent. Nos quoque pridem Iuris publici fecissemus, si Typographus præstò fuisset facultatibus ad sumptus subministrandos instructus, nec impari præditus industria. Nunc cùm Nobilissima Calderiana societas hanc in se prouinciam susceperit (cui ab vniuersa Rep. literaria gratiæ debentur immortales) præstamus tandem & exoluimus, quod à tot annis ab Authoribus fuit promissum. Opus ipsum, tibi, Lector, non commendamus, suam ipsummet commendat Excellentiam: cui par neque viderunt secula priora, nec forsan posteriora intuebuntur, siue rerum spectes amplitudinem varietatémque immensam, siue artem, methodum, ingenium, iudicium, quibus est elaboratum. Hoc solum animo præfamur, téque monemus Capita & Errores Authorum circa Plantas in solo primo Libro nos annotasse, vt quis ord , quæ methodus in Historia hac generali ab Authoribus obseruetur, intelligere possis. Notabis etiam plures dari Plantas pluráque genera, quarum summa duntaxat in secundo, tertio, &c. huic Prodromo adscripsimus. Cætera Præfatio Authorum huic nostræ subnexa indicabit, argumentum & seriem Librorum & Capitum, totus Prodromi contextus. His præmissis, & hac vtere, pro tempore, promulsi de. Hoc atrio deambula, donec in ipsam liceat Orchestram penetrare, & fructibus potiri, qui modò tibi depinguntur; & frueris quidem opinione multò citiùs: nec enim cessabunt Elegantissimæ Typographiæ nostræ prela quàm plurima, donec votorum tuorum compos. Interea, nuncupandis, & operandis pro tanti conatus successu, ne desis, qui pro tuo commodo & salute sudare non fatigamur,

Ebroduni, 21. Augusti 1619.

BENEVOLE LECTOR,

Tui studiosissimi IOH. BAVHINI Excellentissimi D. Medici, Hæredes.

AVTHORES AD LECTOREM.

VEtvs verbum est, amice & erudite Lector: VINO VENDIBILI NON OPVS ESSE HEDERA SVSPENSA. At nos cõtrà, illud & necessarium hodie dicimus, & nobis ita bene placitum: quippe quòd in Rempub. proficuum, & tibi volupe futurum, pro certo ac indubitato asserere non dubitamus. Nam quis tibi, aut alteri dicat, quid totis istis annis, immò tot annorum lustris in tot prouinciarum, tot dissitarum Mundi plagarum montibus, præruptis, niualibus, nudis cautibus, collium cespitibus, confragosis, saxosis, crepidinibus, cochlacibus, speluncis, opacis, apricis, syluosis, lumis ac desitis, segetibus, veteretis, veruactis, aruis, glareosis, pratis, riguis, riuis, littoralibus, maritimis, mari ipso, parietinis, ruderibus, hortensianis, hortis Adonidis, etiámque Regiis, subgrundiis, rudectis, frutectis, neglectis, sed nobis perspectis: atque in ipso etiam Musæolo nostro, perdiu, pernox, è tot voluminibus, tot codicibus, tam variè inter se contrariis, immò ex ipso adeò nostro cerebello vindemiauerimus? Quod, vt ne nescias, accede bonis auibus, ingredere, aspice, gusta, immò sapias, vt in hoc saltèm sapias, & quid fons ipse, quid ipsa contineat cella, obiter tantùm subolfacias. Cautum est nostro edicto, ne vina hæc iniqua sint vestris capitibus, sed placida, iucunda, proficua: vt tandem intelligas, non esse, quod Adagio circumfertur:

Aliud in scripto seu titulo:
Aliud in pyxide.

VOS IN HANC REM
Ô POSTERI
TESTIMONIVM PERHIBETOTE.

ΠΟΤΕΡΟΝ Η ΠΟΤΕΡΟΣ.

MISTO

HISTORIA PLANTARVM GENERALIS NOVA ET ABSOLVTISS.

Cum CONSENSV & DISSENSV circa eas:

Auctoribb.

IO. BAVHINO D. ILL. CELS. VVIRT. &c. ARCHIATRO, &

IO. HEN. CHERLERO BASILIENS. D. PHILOS. & MED.

OPVS

IMMENSO LABORE AC STVdio conscriptum:

CONTINET ENIM

DESCRIPTIONES STIRPIVM EXACTAS, Figuras nouas, ex ipso Prototypo maxima parte depictas: earundem Satum, Cultum, Mangonia: item Vires omnigenas: Præparationes, Extractiones, ac Destillationes præcipuas: Exoticarum Orientis atque Occidentis, aliarúmque ante nostrum seculum incognitarum supra mille Historias nouas: Synonyma, Æquiuoca, Succedanea: præcipuarum Linguarum appellationes:

In primis verò

PLACITA VETERVM GRÆCORVM, ARABVM, Latinorum, & posterioris seculi scriptorum:

INTERPRETATIONES AC CORRECTIONES sententiarum obscurarum & deprauatarum:

Notantur ERRORES eorum, qui de Plantis scripserunt.

Denique continet pleraque omnia, quæ

THEOLOGI, IVRISCONSVLTI, MEDICI, PHILOSOphi, Historici, Poëtæ, Grammatici, Geoponici, Architecti, aliíque de stirpibus promulgarunt:

Vt meritò omnium Herbariorum vicem supplere queat.

ΟΥ ΔΟΚΕΙΝ ἈΛΛ' ΕΙΝΑΙ.

ÆTERNO RERVM VNIVERSITATIS CREATORI, MODERATORI, TVTORI, IEHOVÆ VNI TRINO, INFINITO, ΤΡΙΣΤΠΟΣΤΑΤΩ, Qui cœli luminosa culmina, Terræ salubria Flamina Nutibus suis dispensat: Qui plantæ suas vires cuique indidit, quem & præsentem quælibet Herba docet: BONOR. OMNIVM DATORI TER MAX. Terrestris huius peregrinationis HERBARIVM THEATRVM, non donum, sed debitum Interusurium deuotè, gratè humilitérque exhibemus, reddimus, subijcimus.

ΕΝ ΑΡΧΗ ΗΝ Ο ΛΟΓΟΣ.

HISTORIAE GENERALIS PLANTARVM LIBER PRIMVS:

Qui continet Pomiferas, hoc est, quæ μηλέα Græcis dicta proferunt, & quæcunque ad hanc classem aliquo modo possunt referri, tam indigenas, quàm exoticas.

TOTIVS naturæ Plantarum (quæ nobis proposita est hoc Opere materia) quanta quidem hactenus innotuit, historiam pro virili tradituris, arborum honores primùm celebrasse conueniat. Exordium itaque fiat à Pomiferis, arborum vulgatissimis: quid si & dignioribus cæteris, vtilissimis, atque adeò humano generi primò cognitis? quippe quarum fructus (cuiuscunque tandem generis Pomi fuerit) primum illud primi hominis desiderium, quamuis à summo Opifice vetitum, commouerit: quæ fundi nostri est calamitas. Quamobrem sequi par est ordinem naturæ, & ipsius adeò vitæ, ac DEI OPT. MAX. honoribus primordia ingerere. Sed & ordo doctrinæ, qui vel maximè nobis, quantum per immensam hanc varietatem licebit, in hoc opere spectandus, consentire videtur: nempe vt à vulgatissimis, ac nobis priùs cognitis incipiamus. Sic studiosis quoque, quibus potissimùm noster hic labor dicatus, haud parùm consultum videbitur. Quid enim vulgatius Pomis in genere dictis, in toto hocce tractu Europæo? Ac ipsa quidem copia varietásque eam statim vel cuivis cordato inijciat difficultatem, vt existimet, vix omnia à quoquam tradi posse. Sed nostrum est, & ab aliis tradita in ordinem cogere, & ex propriarum obseruationum cognitione, quanto possumus maximo studio, opus nostrum ditare. Deus adspiret cœptis.

πρᾶσμα.

DE MALIS.

CAPVT I.

Cap.1. DESCRIPTIO arboris omniúmque eius partium. Veterum de iis placita. Differentiæ ex veteribus & neotericis: vbi innumera Germaniæ, Galliæ, Italiæ, Hispaniæ aliarúmque regionum genera proponuntur, priscorúmque variè accommodantur, additis nomenclaturis & synonymis auctorum, cùm in genere, tùm in specie. Subiiciuntur supra 60. genera à nobis obseruata cum suis figuris & descriptionibus. Locus. Tempus. Satio. Insitio. Mangonia diuersa. Vires & vsus, tàm medicus, quàm domesticus omnium Mali partium. Delectus. Repositio. Adseruatio. Præparatio varia: vt Vinum, Electarium, Serapium, Condimenta, Vnguenta, &c.

Et hac ratione in omnibus sequentibus singulari studio & industria proceditur. In hac historia sex errores notantur.

De MALIS syluestribus, eodem modo & ordine.

Cap.2. De Malis Syriæ & Gomorrhæ.

Cap.3. De Malo cotonea: vbi potissimùm multa ex antiquitate, & variæ præparationes tam Medicæ quàm œconomicæ traduntur: potissimùm etiam quomodo diacydonium laxatiuum diuersimodè parari oporteat pro delicatioribus ac ditioribus. Errores quinque taxantur.

De Cotonea syluestri.

Cap.4. De PIRIS, vt in Malis. Proponuntur supra 50. species cum suis iconibus à nobis cognitæ & obseruatæ. Err.4.

De Pirastro, seu Piro syluestri. Err.3.

Pirus Polvuilleriana, plurimùm à Piri natura varians.

Pirum lanugine salsa.

Cap.5. De SORBO. Err.3.

Cap.6. De Sorbo Aucuparia. Err.9.

Cap.7. De Sorbo Torminali, & Cratægo Theoph. Err.10.

Cap.8. De Sorbo Alpina. Err.2.

Cap.9. De Mespilo, Epimelide, Vnedone, Amamelide, Homomelide, Oromalide, & Hypomelide tam veterum, quàm recentiorum placita: déque Mespilo Aronia in specie, quam veram Mespilum veterum esse censemus. Errores octo manifestantur.

Cap.10. De Mespilo vulgari, eáque gemina: folio serrato, & non serrato. Errores duodecim.

Cap.11. LATA GVINEÆ, Mespilum ossiculo leui, spadicei coloris.

Cap.12. Mespilo non valdè absimilis fructus, ossiculis spadicei coloris splendentibus.

Mespilo valdè similis fructus sine granis.

Mespilo similis fructus Americanus.

Cap.13. De Chamæmespilo. Vnicus error.

Cap.14. De Cotoneastro. Err.6.

De

Euphor

Has postremas fortè non temerè quis dicat, minus commodè ad Pomiferas, cùm nec Pomum ferant vllum, & forma tam differant à cæteris Pomiferis, quantum Lactuca à Rapis. Sed hîc stabunt, si per te licet, donec vel tu, vel nos alium commodiorem inueniamus locum.

LIBRI PRIMI FINIS.

HISTORIAE GENERALIS PLANTARVM LIBER SECVNDVS:

Earum est arborum & fructuum, qui Pomi quoque voce generaliori comprehenduntur: sed eorum potißimùm, qui osseam Nucem carne obtectam habent: esculentâ vel non esculentâ, & quorum aliqua cum his affinitas.

προλόγιον.

MALORVM natura, quæ vel carne constant pulposa & eduli, vel tali aliqua substantia, quamuis heterogenea, quæ tota tamen, aut certè magna ex parte sit edendo, hactenus dicta: etsi externarum quædam mixtę conditionis irrepsisse videantur. Ecquis enim omnia ita exactè velut in cancellos quosdam cogat, quod ipsi non datũ naturæ? Pari nunc diligentia persequamur, quorum ossa visceribus comprehensa nobiliùs & vegetiùs propagationis principium claudunt: seu, vt Plin. ait, vitiúmque cinctum fructu, cùm fructus alibi muniatur vitio, nempe putamine osseo: quorum tamen & ipse intus latens nucleus frugi est & edendo. Horum quippe natura trigemina est: corpus, deinde lignum, rursúsque semen in ligno, vt Persicis, & quæ mox tradentur.

Cęterùm quod in principio monendum fuerat in totius huius operis decursu passim veterum placita correcta, restituta, illustratáque passim suis locis inseruntur: &, quod specialiùs dicere conueniat, Theophrasti scripta Botanica, tantopere à Gaza violata & deprauata, noua & correcta versione adijciuntur, & cum Plin. ac Diosc. placitis passim conferuntur: infiniti denique eiusdem auctoris Codicis Græci errores restituuntur in integrum, vt vel hic solus labor & cura, laudẽ & applausum mereatur. Sed pergamus.

Malus Persica. Item Persica magna Hispanica, seu Melocotonea quorundam.
Persica Rubra.
De Nucipersica & Tuberibus.
De Armeniacis Malis, seu Præcocibus Priscorum.
Persea.
Persicæ Nuci similis fructus, nucleo venenato.
Mamay arbor.
Mangas Acostæ: Et Mangas Linschottani.
Amygdalus dulcis & amara.

Amygda

LIBRI II. FINIS.

HISTO

HISTORIAE GENERALIS PLANTARVM LIBER TERTIVS:

Qui Nucum est, & earum quæcunque vel facie arboris, aut fructus, aut nomine solo cum his affinitatem indeptæ, siue indigenæ, siue peregrinæ.

προοίμιον.

DE Pomorum censu & Nuces sunt. Sed harum quoque acceptio ampla & multiplex. Κάρυα sanè (Nuces) & Attici & alij scriptores communi vocabulo fructus omnes, operimento duro tectos, appellant. Harum intus corpus, foris lignum, vt Plin. limitat. Sed sunt, quibus & extra lignum caro vel pulpa, eáque vel edulis, vel cassa, & magna ex parte neglecta. Prioris generis pleraque persequutus liber præcedens, nimirum Nuces plerasq; pulpa eduli obtectas: quemadmodū primus Poma, quę magna ex parte tota sunt edendo. Ergo eas deinceps persequemur, quæ περικάλλυμα habent, vel ex toto, vel ex parte. Neque enim operimenti modus vnus. Aliter Nux Iuglans obtegitur, aliter Auellanæ nostrates, aliter Indicæ, aliter Pistachia, aliter Staphylodendros. Sunt fortè inter peregrinas quibus & nullum tegumētum ossi obductum, quædam & totæ lignum, aut corpus ferè vniforme. Operimentum vel coriaceum, vel pulpaceum: & hoc rursus vel edule, vel non. Edule dicimus ad cibum suaue, & ἄλυπως, non medicatum, quale Iuglandi aut Auellanis plerisque: non alicui animantium, nec homini. In exoticis tamen nōdum de istis plenè innotuit, quòd ea magna ex parte pulpa vel tegumento exuta ad nos importentur. Exordiemur à Iuglande Nucum vulgatissima.

Nux Indica teſſellata perelegans.
Nux Indica oblonga, intrinſecus ſimilis Nucis moſchatæ.
Nux Indica oblonga cortice contecta: fortè eadem cum præced.
Fructus peregrinus Ieraſoy.
Draco arbor, & de eius lacryma, ſeu ſanguine Draconis, quæ Cinnabaris veterum: multâque eius adulteria.
Draconis ſanguinis fructus.
Agnus Scythica Borometz.

LIBRI III. FINIS.

HISTO

HISTORIAE GENERALIS PLANTARVM LIBER QVARTVS:

Qui arbores varias continet, potißimùm Indicas, aromaticas, odoratas, aliásque exoticas: quibus varij generis inferuntur cortices & ligna.

TOT exoticarum ordini non absurdè subijcientur vel huius, vel remotissimi orbis odoratæ arbores, earúmque partes, quas quidē æquorea illa velitatio mortalium proiectæ audaciæ plena, habendi cupiditate compulsa, & in hanc vsque diem accersere ausa, non minori sanè huius orbis ditandi compendio, quàm ampliandæ fœlicitatis humanæ conseruandæque sanitatis accessorio comparauit: cuiusmodi diximus odoratas plerasque, & quicquid exoticarum diuitiarum nostro studio addisci potuit, vt doceremus alios. Exorsi ab ea, quæ præ foribus quasi occurrit, odoratarum vulgatissima, fortè & nobilissima, Lauro.

Caſſiæ Moſoliticæ nomine datus cortex.
Caſſia lignea fuſca aromatici & glutinoſi ſaporis.
Caſſia lignea fuſca aromatica acrior.
Caſsia externa parte inſipida.
Cinamomi folium Cluſio.
Canella folio Mali Punicæ.
Canella Peruuana fructu pileo ſimili. Et alia ei ſimilis arbor.
Cinamomi & Caſſiæ ſubſtituta & ſuppoſititia. Item adulteria & æquiuoca.
De Caſia apum, Coronaria & Poetica: etiámque de Cneoro.
Caſia lignea Monſpelienſium.
De Caſsiis offic. adulterinis.
Caſsiæ adulterinæ, vel Pſeudocaſsiæ nomine datus cortex.
Cortex Vvinteranus acris, ſiue Canella alba.
Seitaragi Arabum, eiúſque ſubſtituta & æquiuoca.
Seitaragi nomine datus cortex.
Cortex antirheumaticus.
Pacal arbor.
Arbor aquam ſtillans.
De Aſpalatho ex ſententia veterum.
De Ligno Rhodio, quod alij Aſpalathum Rhodium vocant.
Aſpalathi adulterium, fortè Oleaſtri radix.
Aſpalathus Cretica Alpini.
Lignum Roſæ odore: aliis lignum Thuris, aliis Aſpalathus.
Aſpalathus Rhodius rubens odoratiſsimus.
Aſpalathi nomine datum lignum grauiter olens.
Aſpalathi antiballomena & æquiuoca.
De Agallocho veterum in genere.
Lignum Aloes offic. & Agallochum pleriſque putatum.
Agallochi & ligni Aloes ſubſtituta, adulteria & æquiuocationes.
Tauzarghent radix odorata.
Thymiama ſiue Styrax rubra offic. & de Naſcaptho.
Thymiamati ſiue Styraci rubræ offic. admixtus fructus cauernoſus.
Saſſafras ſiue lignum Pauanum.
Lignum Aniſi.
Zingi fructus ſtellatus, ſiue Aniſum Indicum.
De Santalis: rubro, alboque in genere.
Santalo albo ſimile lignum ſembrane.
Santalum rubrum.
Abelicea, ſiue Santalus adulterina Cretica.
Santalum quibuſdam putatum Breſilio ſimile lignum.
Braſilium lignum.
Breſilio ſimile lignum Vernimbock Germ. dictum.
Arbor μητροσιδήρος Scalig.
Lignum Breſilio ſimile cœruleo tingens.
Lignum Violaceum Breſilianum.

Lignum

HISTORIAE GENERALIS PLANTARVM LIBER QVINTVS.

Arbores & Frutices bacciferos, minoréſque baccas ferentes habet.

POST variam illam exotici orbis diuitiarum luſtrationem, nunc propiùs ad noſtrum orbem greſſum & oculos dirigentes, vnâ quaſi tribu complexas dicamus Bacciferas. Baccas iam non adeò ſtrictè ſumi velimus, quarum ex edicto Plinij, intus lignum, & extra caro, vt Oliuis, Ceraſis: nec tam vago ſignificatu, vt eadem his cum Pomis natura tribuatur cum eodem: ſed eas potiſſimùm, quas veriùs Bacculas dicas. Quanquam & Ebuli baccas dixerit Virgilius, & Hederam bacciferam Seneca, nihilo hercle minùs ac Oleam, Laurum, &c. Inter illas Choragij ius tribuatur Myrto, ne eam negligentes, fortè ad Myrtum canere iubeamur.

Oxycoc

Chamelæa incana & lanuginosa.
Mezereon Arabum.
Thymelæa.
Coccos, seu granum Cnidium.
Thymelæa Monspeliaca.
Sanamunda glabra.
Tartonraire Massil. Sanamunda 1. Clus.
Sanamunda 2. Clus.
Sesamoides paruum Dalech. Sanamunda 3. Clus.
Cneorum.
Cneorum album Dalech. & Dorycnium Imperati.
Alypum Monspelianum, siue frutex terribilis.
Empetrum purgans.
Empetrum saxifragum.

HISTO

HISTORIAE GENERALIS PLANTARVM LIBER SEXTVS:

Bacciferas spinosas exhibens, tam arbores, quàm frutices.

BACCIFERARVM nondum est finis. Nam & talium haud parua restat classis, sed quas natura spinis armauit, siue vt occursus importuni arceantur, siue vt in eas abeat alimenti terrestrior portio, siue aliud quippiã in eam rem humana temeritas, vel potiùs fragilitas comminisci audeat, non contenta sciuisse, quod sat sit: sed cur ita fecerit Deus parénsque rerum natura, sciscitari ausa, vt tandem intelligat se nihil scire. Dignitatis ordinísque prærogatiua tribuatur omni æuo, omnibus auctoribus decantatissimæ Oleæ: quæ, vt satiua & culta, etsi spinosa non sit, natura tamen talis esse videtur, cùm sterilescens in Oleastrum abeat, quæ spinosa est arbor.

HISTORIAE GENERALIS PLANTARVM LIBER SEPTIMVS:

De Glandiferis, & his quodammodo accedentibus.

PROXIMVM à bacciferis locum dabimus glandiferis, quæ & ipsa quondam in honore fuêre, cùm adhuc necessitati parêre, non voluptati, datorum mortalium victum alerent nutrices inopis ac feræ sortis. Nunc quando Cereris dona largàque frugum messis omnem ferè oppleuit terram, & tam pomiferæ, quàm bacciferæ arbores necessario alimento delicias immiscere docuerunt, aut mitioribus etiam succis per se voluptatem cibis afferre cœperunt, quosdam illorum homines esse desiêre, vt in suum cederent saginam: quanquam & alios haud dissimiles vltrò & succedanea adoptione nulla necessitate asciuerint, ne esset in vllo genere quidquá, cuius non aliquam parté & sibi manciparet venter. Glandes quoque inter poma numerari nó possunt, teste Plin. Quare in sua natura dicantur.

Pilulæ foliorum Quercus.
Coccus Quercuum.
Excrementum Quercuum fungosum.
Nuculæ facie album Quercus excrementum.
Excrementum lanatum Quercuum.
Quercuum squamæ candidæ caducæ.
Quercuum Capitula squammata.
Excrementum Quercus tuberosum.
Gemmæ foraminulatæ foliorum Quercus.
Nodi seu Verrucæ.
Quercus albumen.
Vua Quercina.
Fungus vel Agaricus Quercus.
Excrementum Quercus purgans.
Muscus Quercuum & aliarum arborum.
Melleus liquor Quercus.
De Visco Quercus & cæterarum arborum.
Viscum Indicum.
Viscum Indicum aliud.
Ilex arborea.
De Phellodry siue Aria:& Ilice fœmina.
Aria siue Acilaca Bellonij.
Agria siue Aquifolia Glandifera Anguillaræ.
Phellodrys Matth
Phellodrys nigra & aliæ Dalech.
Smilax glandifera veterum.
Smilax Dalech.
Phellodrys foliis muricatis, calyce glandis echinato Dal.
Philyca siue Alaternus glandifera Bellon.
Suber latifolium.
Ilex Coccigera.
Aquifolium siue Agrifolium vulgò.
Fagus Latinorum:oxya Græcorum.
Castanea.
Castanea humilis racemosa.
Castanella peregrina:& Gor arbor, Castaneæ fructu amaro.
Castanea equina, folio multifido.
Castanea Peruuiana.
Castaneæ purgatrices.
Castaneæ specie fructus peregrinus.
Leucoma fructu Castaneæ.
Glans Indiæ du Choul.
Glans Indica.
Glans Indica magna subrotunda.
Arbor finium regundorum, fructu Castaneæ echinato.

HISTO

HISTORIAE GENERALIS PLANTARVM LIBER OCTAVVS.

DE ARBORIBVS SYLVESTRIBVS.

IAM Siluanis Faunísque litandum, ſed cum ratione & genio bono. Syluas intelligimus nunc celebrandas, quas iniuria fruſtráque infelices dixêre priſci, ſpeciatim rigidus ille Cato, damnatáſque religione: quippe nec ſeri, neque fructum ferre ſolitas. At nos contra, iſtud non modò æquo animo non feremus, ſed eo ipſo feliciores iudicabimus, quòd earum peculiaris parens videri poſſit natura, quippe quæ magna ex parte ſponte ſua naſcentes, nulla arte, nullo ingenio humano egere videantur. Quanquam & in tecta iam ſyluæ ſcandant, patula ramorum opacitáte laſciua pleraque: vt non improbè earum etiam quaſdam vrbanas dixeris. Nec ipſas tamen fructu ſuo carere docebimus: & ſi non fructu, at alia aliqua dote non ſpernenda, vmbrarúmque officio homines iuuare, vt nullum prorſus ſterile ac inutile huius naturæ opus extare conſtet.

Tilia vulgaris Platyphyllos.
Tilia folio minore.
Tilia maximo folio.
Vlmus: & Vlmus latifolia.
Vlmi excremento accedens fructus peregrinus.
Fagus ſepium vulgo: Oſtrys Theoph.
Betula.
Alnus vulgaris.
Alnus incana & hirſuta.
Alno ſimilis arbor.
De Populis in genere & in ſpecie.
Populus nigra ſiue αἴγειρος.
Populus alba, λεύκη. Populus alba folio minore.
Populus Libyca, Κέρκις Theoph.
Populus noui orbis.
De Acere ex veteribus & in genere.
Acer vulgare minori folio.

Acer

FINIS VIII. LIBRI.

HISTORIAE GENERALIS PLANTARVM LIBER NONVS:

De Arboribus Coniferis & Resiniferis.

NATVRA syluestrium arborum, magna ex parte sponte sua prouenientium, dicta est. Nihilominus syluarum & ipsæ restant incolæ Coniferæ & Resiniferæ, nullibi lætiùs nascentes, vt & solę per se, vix cæterarum admittentes consortium, ingentes occupent syluas, nec latiores ex alia sola arbore inuentę sint: quippe quæ raro cum aliis, siue domesticis, siue syluestribus coëant, societatémve ineant. Adeò etiam in his sui generis consortium indissolubili naturæ vinculo diligitur. Nec inter illarum genera quę sat multa, maior refertur affinitas. Vsque adeò arctæ, vt aliud genus, ab altero vix facie dissimile cernatur: tàm simillimo caudice, fronde, flore ac fructu. Nec nisi ab his, qui eas magno studio & frequenti conuersatione coluerint.

Hæ sunt illæ arbores, odorato succo præ aliis ita manantes, vt κατ' ἐξοχὴν & per excellentiam Resiniferę dictæ. Alias tamen Oriens habet, alias Europa. Quæ interest Asia, vtrinque quasdam habet. Ita & in odoribus sua pretia habent syluę: erántque per se mira singula: iuuit tamen prodigam & petulantem luxuriem ea omnia miscere, & è cunctis vnum odorem facere. Ita reperta sunt vnguenta. Hæc est materia luxûs, è cunctis maximè supervacui: quippe quam natura saluti tantùm ac vtilitati hominum pepererat. Nunc ista patrocinia quæsita luxui, vt per hoc ius sumatur advitia. Margaritæ gemmæque ad hæredem tamen transeunt: vestes prorogant tempus: aurea & ex argento fabricata pocula scyphique familiam quomodocunque ornant, nec pereunt. vnguenta illico exspirant, ac suis moriuntur horis. Hinc rem mortuam dixêre Iurisconsulti. Sed nihil leges, nihil edicta illorum hîc potuêre. Summa commendatio eorum, vt transeunte fœmina (atque vtinam non & viro, quanquam solo fœmineo!) odor inuitet etiam aliud agentes, vt qualiter sentiatur, tanquam ab aliqua sui parte corporis, canum more, non lateat etiam mares. Ista fiunt: nec absque immani sumptu. Tanti emitur voluptas aliena. Etenim odorem qui gerit, ipse non sentit. His vestes, chirothecas, velamina, crines, ipsaque etiam tergora

tergora inficiunt. Ac mehercule iam quidam etiam in potus addunt: tantíque amaritudo est, vt odore prodigo fruantur ex vtraque parte corporis.

Nos saluti potiùs consulentes hominum ac vtilitati, salutares has Pronoeæ opes tanquam in officina Æsculapij exponemus, arboribus suas & cognatas resinas inserentes.

Iuniperus maximus.
Cedrus Lycia.
Iuniperus Alpina.
Thus.
Myrrha & Stacte.
Thuris limpidi folium.
Bdellij lignum.
Styrax.
Styrax liquidus.
Styrax Calamites.
Liquidambar resina arboris Orosol foliis Hederæ, odore Styracis liquidæ.
Resina Americana.
Benioinum cuius arbor folio Citri.
Anime colore Colophoniæ.
Anime Succini facie.
Anime alba.
Animes species Copal Indis.
Populo similis Tocotgehit Clus.
Caranna resina.
Sarcocolla, lacryma arboris.
Caphura.
Capura resina.
Vsub arbor Gummi ferens quo se illinunt Americani.
Tacamahaca Populo similis, fructu colore similis Peoniæ.

FINIS IX. LIBRI

HISTORIAE GENERALIS PLANTARVM LIBER DECIMVS.

De Arboribus & fruticibus ſcopariis.

DEDIMVS cuique arborum generi, natura quadam conſimilium, ſuam propriam quaſi tribum. Nunc& ſcoparias producamus, vna claſſe, qua ipſas vniuit & quaſi in conſortium quoddam coëgit rerum parens natura, ne ſcopas diſſolutas dediſſe videamur.

Tamariſcus.
Tamarix arbor.
Tamariſcus Ægypti Gallifera.
Erica veterum.
Erica noſtras.
Erica Myricæ foliis tomentoſis & incanis Cl.
Erica 1.Cluſ.
Erica 2.Cluſ.Corios foliis quaternis.
Erica multiflora I.B.
Erica 3.Cluſ.
Erica arboreſcens floribus luteolis,Cluſ.4.
Ericæ 4.ſpecies alia minor,flore herbaceo.
Erica arbor Monſp.
Erica 6.foliis Corios.
Erica 8.Cluſ.
Erica 9. Cluſ.
Erica Anglica parua.
Erica peregrina Brancionis Lob.
Erica altera Pannon.Cl.
Erica 3.minor Pan.
De Erica baccifera ſiue 7.Cluſ.vid.l.5.hiſt.noſtræ.
De Erica baccifera Matth. vid.l.5.
De Erica bacciferæ affini vid.l.5.
Tamoxo.

HISTORIAE GENERALIS PLANTARVM LIBER VNDECIMVS:

Arbores, frutices & suffrutices siliquosi, & leguminosis floribus, spinis carentes atque spinosi, ac his quædam similes.

PERSTAREMVS in arborum historiis, si non & fruticum, & humiliorum suffruticum consimilium natura egisset transuersos. Proximè dicantur nostrates potissimùm siliquosæ, quibus si non omnibus magnitudo, at fructûs congeneris facies & nomen est consimile, aut certè proximum: proinde sub vnam quasi myconum redactis, vnus limes præstituatur, iidem cancelli circumscribantur, vt sub siliquosarum tribum meritò conducti videantur.

Colutea nostra.
Colutea scordioides.
Colutea scorpioides humilis.
Colutea scorpioides alia, seu Polygalo Cortusi similis.
Coluteæ parua species, Polygala Valentina Clus.
Colutea caule genistæ funguso.
Coluteæ foliis Anil.
Sophera.
Iouis barba pulchrè lucens.
Sesban.
Dorycnium Monsp. fruticosum.
Dorycnio congener planta.
Genista trifolia.
Genistella cum rapo.
Flos tinctorius.
Genista infectoria Hisp.
Genista tinctoria latifolia Lucensis.
Genistella pilosa.
Genista graminea.
Genistella Platyphyllos.
Genista iuncea.
Spartum.
Spartum Hisp. 2. Clus.
Genista argentea.
Genistella radiata siue stellaris.
Genistella spinosa.
Genistella montosi montis spinosa.
Genistellæ spinosæ affinis Nepa.
Genistella minor Aspalathoides.
Aspalathus 2. Monsp.
Aspalathus Abrotoni facie incana.
Aspalathus Monsp. affinis.
Genista Erinacea.
Genista, siue Spartum pungens.
Aspalatho affinis Tragus, fortè Rhamni species ex Candia Valerandi Dourez.
Agul, & Alhagi Arabibus Mannam recipiens.
Tragus Gesneri.
Tragus quæ Vua marina.
Tragacantha Massiliensis.
Tragacantha gummi.
Tragacantha altera. Poterium fortè Clusio.
Poterium.
Tragacantha Pan.
Echinopus Plutarchi quibusdam.

HISTORIAE GENERALIS PLANTARVM LIBER XII.

Qui est Arborum ſiliquoſarum rariorum, hiſque ſimilium.

EST & ſiliquoſis arboribus ſua tribus. Vt fruſtra veteres plerique fuiſſe videantur, qui ſiliquas leguminoſis tantùm tribuerint. Quanquam & Plin. & Colum. & Gal. ſiliquam arborem per eminentiam ita dictam vtiq; agnouerint. Eſt ſanè ſiliqua, κεράτιον Græcis, omne folliculum ſeu integumentum potiſſimùm oblongum atque biualue, quod grana in ſe continet, ordine quodam diſpoſita, aut tale quid ſimile. Nam in arboribus varietas quædam obſeruatur. Itaque bonis auibus ad exequendas eas accingamur.

Siliqua, ſiue Carabe Arabum.
Mangle cum ſiliquis longis.
Arbor Iudæ.
Caſſia ſolutiua.
Acacalis veterum.
Acacalis quorundam, ſiue Keſmeſon foliis Ceratiæ.
Tamarindus. Vbi & tenella arbuſcula, qualis nobis creuit cum omnibus
Tamarindi partibus fabre delineata.
Tamarindi facie fructus Indicus.
Fructus peregrinus 10. Cluſ.
Acacia vera.
Gummi Arabicum.
Myrrhæ arbor Bellonio foliis Acaciæ.
Acacia altera veteribus.
Acaciæ cognata arbor.
Acaciæ cognata alia.
Moringa lentiſci folio.
Ceratium monococcon Indicum.

HISTO

HISTORIAE GENERALIS PLANTARVM LIBER DECIMVSTERTIVS.

FRVTICES ET SVFFRVTICES FLORE *roseo hísque affines.*

PROXIMVM nunc locum dabimus iis fruticibus ac suffruticibus, quos roseo quodam flore, veluti ornamento præcipuo natura donauit: contentioni fortè sit locus, si separemus, quæ similitudinis & amicitię illa quasi tessera ab eadem sunt vnita.

Cistus veterum.
Ledum & Ladanum veterum.
Ladanum officin.
Hypocistis veterum.
Hypocistis succus offic.
Cistus mas folio oblongo.
Cistus mas 2. Clus.
Cistus mas 3. Clus.
Cistus mas maior, fol. rotundo.
Cistus mas 5. Clus.
Cistus fœm. Monspel.
Cisti species quædam Hisp. flore albo.
Cistus fol. Halimi flore luteo Cl.
Cistus folio Halimi 2. Cl.
Cistus folio lauendulæ.
Cistus folio Samsuci.
Cistus folio Thymi.
Cistus annuus 1. Cl.
Cistus minimus folio subrotundo.
Alismati Tossani affinis: Tuberaria Myconi, vel saltèm affinis.
Cistus annuus folio ledi fl. luteo.
Cistus annuus 2. Cl. flore pallido, macula punicante.
Cisti species annua.
Cisti ledi pulcherr. species.

Ciſtus ledon latiore folio lauri anguſtifoliæ Cl.
Ciſtus ledon latifol.
Ciſtus Populi nigræ foliis.
Ciſtus ledon 4. Cluſ.
Ciſtus ladanifera.
Ciſtus ledon 6.
Ciſtus ledon 7.
Ciſtus ledon 8.
Ciſtus ledon 9.
Ciſtus ledon 10.
Helianthemum vulgaris.
Helianthemum albo flore maiore.
Helianthemum flore albo folio anguſto.
Ciſtus humilis 1. Cl.
Chamæciſtus flore luteo.
Chamæciſtus 2. Cl.
Heliāthemum alpinū folio Piloſellæ minoris Fuchſ. vel Polij mont. vulg.
Chamæciſtus 3. Cl.
Ciſtus pumilus montis Baldi.
Ciſtus 4. Cluſ.
Helianthemon tenui fol. glabrum.
Helianthemum folio Thymi incano.
Helianthemum folio Serpylli.
Helianthemum ad Numulariam accedens.
Helianthes ſpecies rara.
Ciſti folio arbor.
Myrtociſtus.
Ledum alpinum hirſutum.
Ledum alpinum glabrum.
Roſmarinus ſylu. Matth.
Roſmar. ſylu. ἄοσμος.
Roſmarinus vulgaris.
Libanotidis ſpecies Rondel.

FINIS XIII. LIBRI.

HISTO

HISTORIAE GENERALIS PLANTARVM LIBER DECIMVSQVARTVS.

Qui est Rosarum.

NVNC amœnam illam Roſam celebremus, florum Reginam, ſed quæ vndique rigidis ſpinarum telis armata ſit: vnde Roſa Plinio naſcitur ſpina veriùs, quàm frutice. Quanquam & nos abſque ſpinis naſcentes obſeruauerimus, vti cōſtabit in progreſſu. Sed quid vel ſpinarum minas metuamus, tàm roſeo colore, tàm pulchra floris facie, tàm ſuaue ſpirante odore illecti? Adeamus, & florum venuſtiſſimam decerpentes contemplemur.

Roſa in genere.
Roſa rubra flore valde pleno & ſemipleno, & ſimplex ferè.
Roſa ſylu. rubella, paruo frutice.
Roſa pumila Pannonica flor. rubello.
Roſa maxima Holandica.
Roſa acanthos vel ſine ſpinis.
Roſa pomo ſpinoſo.
Roſa rubello flore maiore pleno.
Roſa folio criſpo, flore rubello ſiue incarnato.
Roſa minor rubella, flore pleno.
Roſa rubello flore paruo ſimplici, non ſpinoſa,
Roſa Cinnamomæa, floribus ſubrubentibus.
Roſa minima.
Roſa ſpinoſiſſima, foliis Pimpinellæ.
Roſa foliis odoratis.
Roſa Eglentina flore multiplici.
Roſa ſylu. folio Eglentinæ virente.
Roſa ſylu. alba cum rubore, folio glabro.
Roſa ſylu. folio glabro, flore planè albo.
Roſa ſylu. albida, ſubrutila, folio hirſuto.
Roſa candida plena.

Rosa lacteola.
Rosa moschata maior.
Rosa moschata minor flore simplici.
Rosa moschata plena.
Rosa lutea.
Rosa lutea flore pleno.
Rosæ cæruleæ.
Rosæ virides.
Cynosbatos veterum.
Rubus nostras.
Rubus minor fructu cæruleo.
Rubus Idæus.
Rubi Idæi parua species.
Rubo Idæo minori affinis Pannon.
Rubus Idæus Valentinus acanthos, repens.
Rubi facie senticosa planta.
Capparis.
Capparis arborescens.
Cappari similis Alhaut.
Capparis leguminosa.

FINIS XIV. LIBRI.

HISTORIAE GENERALIS PLANTARVM LIBER XV.

Frutices ſcandentes enarrat, vt Vites, Conuoluulos, & his aliqua ratione ſimiles peregrinos, & aromata quædam.

PLANTARVM genus quoddam eſt, quod non niſi alterius ope ac fulcro ſuſtinere ſe commodè poteſt, quas ob id ἀναδενδράδας & προσαλλοκαύλους Greci dixere, vt Vites, Conuoluuli, & his ſimiles. Quanquam Theoph. quem & Plin. ſequutus Vitem inter arbores recenſeat: quod ſanè & de aliis quibuſdam mox dicendis quis aſſerat. Columella tamen diligentiſſimus ſtirpium cultor arborem eſſe negat, ſed medium quoddam inter arborem & fruticem eſſe vult. Vtvt ſit, ſcandẽtium luſtratio reſtat, triplici ordine producenda. Primus prædictarum, & ſimilium hoc libro: alter ſcandentium pomiferarum: tertius ſcandentium ſiliquoſarum & leguminoſarum, ſubſequentibus libris dicendarum.

Periclym.humile Pruten.
Chamæcerasus.
Pauate arbor Periclimeni facie.
Hedera.
Hederæ lacryma.
Smilax.
Smilax aspera minus spinosa fructu nigro.
Smilax aspera Zazinthi.
Salsa Parilla.
Chinæ radix.
China spuria pyriformis,siue turbinata.
China spuria Acon facie.
Clematis.
Clematis Bætica.
Clematis,siue Flammula scandens.
Clematis,siue Flammula recticaulis.
Clematis,siue Flammula flore cæruleo.
Clematis cæruleo serrato folio.
Clematis purpurea flore pleno.
Clematis Pannonica.
Clematis Daphnoides minor.
Clematis Daphnoides maior.
Glycypicros,siue Amara-dulcis.
Apocynos repens & scandens.
Apocyno aft.secam.
Apocynum folio rotundo.
Scammonea Monspel.flore paruo.
Asclepias flore nigro.
Asclepias Indica.
Nerium flore purpureo & albo.
Nerij facie arbor.
Helxine semine triangulo.
Vitis nigra Matth.
Bryonia alba.
Mechoacan.
Radix Quimbaya.
Lupulus mas.
Lupulus fœmina.
Radix Caroli sancti.
Conuoluulus maior.
Scammonia Syriaca.
Helxine Cissampelos,siue Conuoluulus minor.
Voluulus terrestris.
Conuoluulus peregrinus folio Betonicæ.
Campanula Indica.

Nil Arabum.
Braſſica marina,ſiue Soldanella.
Conuoluulus marinus Rauuolff.
Quamoclit.
Naſturtium Indicum.
Halicaccabus peregrinus veſicarius ſcandens.
Betre.
Coca foliis Myrti.
Colubrinum lignum.
Colubrinum lignum Hederaceum foliis Bryoniæ.
Colubrinum lignum Dudaſali Canarinis.
Colubrinum lignum Garciæ 1.
Colubrinum lignum Garciæ 3.foliis Lentiſci.
Piper nigrum Coſtæ.
Piper album & nigrum.
Piper abortiuum Braſma.
Piper Inſulæ Taprobanæ candidius Malagà.
Negundo fœmina.
Negundo arbor fructu Piperis.
Piper caudatum.
Cubebæ.
Piper longum.
Piper longum Monardis.
Piper Floridæ.
Piper longum,Felfel Alpini.
Piper Æthiopicum.
Mungo fructus Indicus,Coriandri magnitudinē.
Haermia Serap.ſiue Pipirella.
Amomum verum Luſitanorum Paludano.
Bodaglam fructus exoticus Paludano,Piperis magnitudinē.
Amomum veterum.
Amomum verum quorundam.
Roſa Hierichontea.
Roſa Hierichontea 2.
Aphyllon Indicum.

HISTORIAE GENERALIS PLANTARVM LIBER XVI.

Scandentes Pomiferæ & affines.

SCANDENTIVM classis altera assurgendi modo ferè solo arbores imitatur, sarmentorum natura ab herbarum conditione non multùm recedens, sed profectò eo ipso notabiliores, quòd fructuum mole, vastáque magnitudine cum ipsis adeò certent arboribus. Ad hos nunc gressum dirigamus.

Cucurbita longa, folio molli, flore albo.
Cucurbita maior, crassior, folio itidem molli.
Cucurbita lagenaria.
Cucumis Turcicus.
Cucurbitæ asperæ genus.
Cucurbitæ genus aliud.
Cucurbita aspera compressa.
Cucurbita verrucaria.
Cucurbita mediocrocea.
Cucurbita fimbriata Siciliana.
Cucurbitæ genera tria alia.
Cucurbita aspera pyriformis maior alba.
Cucurbita aspera pyriformis parua alba.
Colocynthis, siue Cucurbita amara, folio longo, aspero, flore luteo.
Colocynthis vera.
Citrullus, siue Anguria.
Citrullo affinis Melo Indicus luteus.
Citrullo, vel Meloni Indico accedens Camo longa.
Cucurbitinus fructus Indicus.
Melones.
Melo reticulatus.
Melo longus, Cornu Vaccino similis.
Melones Addel Alpino.
Cucumis vulgaris.
Cucumeres longissimi.
Cucumis Ægyptius.
Cucumis asininus.
Elaterium.
Balsamine Cucumeraria.

HISTORIAE GENERALIS PLANTARVM LIBER DECIMVSSEPTIMVS.

Scandentes siliquatæ leguminosæ, aliæque similes nec scandentes: & Trifolia.

TERTIVS scandentium ordo est siliquosarum. Súntque hæ illæ siliquæ, quæ legumina sinu suo comprehendunt, κεράτια quoque dicta, quæ tamen, si lubet, & λόβους dicas, Phaselos & phaseolos cum Latinis, φασιόλους cum Diosc. & φασήλους cum Galeno : denique & δολίχους cum veteribus. Est quidem siliqua neque caro, neque lignum, neque cartilago, si propriè loquare: neque temerè aliud nomen inueniat, quàm membranæ vel corij: quod duplex: carneum & mollius, exteriùs superintectum: ac interiùs, duriùs, quanquam tenue, quodque nullus edomare queat stomachus. Maximus sanè illarum stipatus. Siliquatis adiecimus Trifolia non vna similitudine illis affinia, sed nec multiplici varietate cedentia.

Phaselus, Faseolus & Smilax hortensis in genere.
Phaselus siue Faselus veterum.
Phaseolus & Dolichus veterum.
Smilax hortensis veterum.
Smilax hortensis nostras.
Phasioli atrouiolacei.
Phasioli violacei.
Phasioli nigri.
Phasioli tumidi, nigri, splendicantes.
Phasioli initio purpurantes, deinde atri.
Phasioli fusci, foliis crassis & pinguibus.
Phasioli rubentes cum linea elata.
Phasioli sanguinei.
Phasiolus tumidior minor, niueus.
Phasiolus niueus minor, circa hilum nigra macula insignitus.
Phasiolus pumilio niger.
Phasiolus vulgaris Italicus, humilis, minor albidus, cum orbita rubente aut nigricante.
Phasioli parui nigri Italici cum macula alba.

Phaſioli parui pallido-albi, Americani.
Phaſiolus nigricans, hilo prominente.
Phaſiolus Indicus paruus rubens: & alius variegatus.
Phaſiolus Indicus paruus fuſcus maculatus.
Phaſiolus Anagyridi ſimilis.
Phaſiolus lata ſiliqua, fructu exiguo, nigro, vmbilico candido.
Phaſioli nigri facie ſem. Pæoniæ vmbilico albicante : & alter Ægyptiu- minimus.
Phaſioli ex Guinea ſpadicei minimi.
Phaſioli Laburni fructu, ex nigro ſubuireſcentes, Ægyptij.
Phaſioli Africani parui, albicantes.
Phaſiolis ſimilis fructus Indicus Mates.
Piſum vel potius Phaſiolus Americanus coccineus, & niger, Abrus dictus.
Piſum ſeu Phaſiolus Americ. ſiue Abrus coccineus maior, compreſſior.
Piſum ſeu Phaſiol. Americanus bicolor.
Phaſioli Indici rubri duriſſimi Lob.
Phaſiolus ſanguineus lupini quodammodo facie.
Phaſiolus Indicus ex rubro ſpadiceus, ſplendens.
Phaſiolus Indicus paruus maculatus.
Phaſiolus ſanguineus ouatus, hilo nigro.
Phaſiolus Indicus ouatus niger.
Phaſiolus Ind. ouatus ſpadiceus, vmbilico albo.
Phaſiolus Ind. ouatus ſpadiceus, vmbilico albicante breuiore.
Phaſiolus ſanguineus figura penè noſtro ſimilis.
Phaſiolus Indicus fuluus.
Phaſioli ex Angeli.
Phaſioli Americani Lob.
Phaſioli lati ſtriati.
Phaſioli noui orbis albi.
Phaſioli lati ex nigro varij.
Phaſioli lati prorſus nigri.
Phaſioli lati coloris tegularum, hilis per longitudinem nigris.
Phaſioli rubri ſtriati, plani, Americani.
Phaſiolus ſanguineus compreſſus, vmbilico albo.
Phaſiolus vulgari minor, planior, ſubrubro colore.
Phaſiolus leblab Alpini.
Phaſiolus leblab niger & ſpadiceus, hilo albo.
Phaſiolus Braſilianus magnus.
Phaſioli Braſiliani magni varietates.
Phaſioli Braſil. magnus picturatus, & alter dilutiore colore.
Phaſiolus Braſil. magnus totus niger.
Phaſiolus Americanus maxima ſiliqua.
Phaſiolus pereg. cum magno hilo.
Phaſiol. Indicus magnus ruber.
Phaſiol. Indicus ex phœniceo croceus.
Phaſiolus Maconnæ ſimilis.

Phasiolus noui orbis,siue Faba purgatrix latiss.ma.
Phasioli purgatricis varietas longior.
Phasiolus que Faba arbor ex Guinea.
Phasiolus Indicus breui siliqua, cortice crustaceo & quasi lignoso, nigro.
Taxoquamocli: Indicum,siliquosa planta.
Ochrus in genere.
Pisa veterum & in genere.
Pisa vulg.parua alba.
Pisa parua species foli oanguloso.
Pisa parua viridia.
Pisa purpurea variegata,viciæ similia.
Pisa magna rubra variegata.
Pisum maius album.
Pisum comosum.
Pisa sine tunica interiori,tota edulia.
Pisum Guineę siue Cicer album.
Pisum Brasilianum,vel Cicer flauescens cum area fusca.
Pisum Phœniceum & nigrum.
Pisum Indicum vmbilico eminente.
Pisum Indicum variegatum.
Pisum Indicum maius nigrum.
Pisum Indicum maius suffuscum.
Lathyrus siue Cicercula in genere,& antiquis.
Lathyrus maior Germanica flore rubente & albido.
Lathyrus maior Narbon.
Lathyrus maior Narbon.angustif.
Lathyrus lutea.
Lathyrus siliqua hirsuta.
Eruilia syl.Dod.Lathyri species.
Lathyrus anguloso folio:Eruum satiuum album Fuchs.
Lathyrus Ægyptiaca.
Lathyrus flore rubro.
Lathyrus tenui folia flore rubro.
Catanance veterum & in genere.
Catanance leguminosa.
Isopyrum antiquorum.
Isopyrum Cæsalp.
Pisum sylu.
Vicia sylu.maxima piso sylu.similis.
Aphaca in genere & ex veterum placitis.
Viciæ,Aphacæ & Arachi veterum placita.
Vicia quæ βίκιον veteribus.
Vicia nostras.
Vicia foliis Arachi Anguil.
Vicia albo semine.

Vicia vulg. frugum ſemine nigro paruo.
Vicia incana ferè, flore albo.
Vicia ſylu. flore albo alia.
Vicia ſylu. flore luteo.
Vicia ſylu. lutea cum galea fuſca.
Vicia ſepium perennis.
Viciæ pulchrum genus.
Vicia multiflora perennis.
Vicia multifolia cum latis ſiliquis.
Vicia parua ſiue Cracca minor, cum multis ſiliquis hirſutis.
Viciæ ſiue Craccę minimæ ſpecies, cum ſiliquis glabris.
Vicię genus aliud.
Vicia ſylu. cum lentis ſiliqua.
Viciæ paruum genus cum longo folio.
Viciæ pulchrum genus multifolium.
Vicia Pitine Anguil. lata ſiliqua, flore luteo.
Lens vulgaris.
Lens maior.
Orobus ſiue Eruum veteribus & in genere.
Orobus noſtras.
Orobo ſimilis Lathyrus Cretenſis Hon. Belli.
Orobo ſimilis Aracus Cretenſis Hon. Belli.
Arachus veterum.
Aracus veterum.
Arachidna veterum.
Arachidna Hon. Belli.
Apios Fuchſ. ſiue Chamæbalanos.
Araci vel Apios F. ſpecies.
Aſtragalus quibuſdam, Aracho Toſſani Caroli ſimilis.
Orobus quorundam, radice bulboſa, flore albo.
Glycyrrhiza.
Glycyrrhiza echinata.
Fœnugræcum Tragi.
Fœnugræco Tragi ſylu ſimilis plantula.
Herba mimoſa.
Aſtragalus veteribus & in genere.
Aſtragalus recentiorum.
Aſtragalo magno Fuchſ. vel Chamæbalano affinis planta.
Aſtragalus Matth.
Aſtragaloides recticaulis hirſuta.
Polygalon Geſneri.
Polygalo Geſneri affine caput Gallinaceum.
Polygalon minus ſaxatile.
Onobrichis quibuſdam flore pallido.
Onobrichis 1. Cl. flore purpureo.

Onobrichis ſubrubro fl.Cl.
Aſtragalus Monſp.
Glaux Hiſpanica.
Aſtragalus quidam montanus vel Onobrichis 4.Cl.
Aſtragalus Monſpeliano candidior.
Aſtragalus Syriacus.
Aſtragalus lanuginoſus Hiſp.Cluſ.
Phaſeoli nouum genus foliis lentiſci.
Aſtragalus Dioſc.
Aſtragalus Romanus:Hediſarum fortè Clypeatum.
Hedyſarum Clypeatum.
Galega.
Galega montana Dalech.
Galega ſyluatica verna.
Galegæ Vernæ valdè ſimilis,ſi non eadem.
Galegæ nemorenſi vernæ ſimilis flo.albo.
Galegæ nemorenſi vernæ ſimilis flo.purp.& albo.
Cicera antiquis.
Cicer Arietinum.
Cicer ſylu.Matth.
Cicer maius Thalij.
Cicer ſylu.verius.
Faba ſiue Cyamus in genere.
Faba vulgaris.
Aracus fabaceus.
Aracus fabaceus ſerratus.
Lupinus albus.
Lupinus cæruleo-purpureus fructu ſatiuo.
Lupinus hirſutiſſimus exoticus.
Lupinus luteus.
Lupinus purpureus ſylu.
Securidaca.
Securidaca altera ſiue minor.
Solea equina.
Ornithopodio,vel potiùs Ferro equino affinis planta.
Lunaria radiata.
Meliloti maioris 4.ſpecies Trago.
Anthyllis duplex antiquis.
Melilotus 5.Tragi.
Polygalo Geſneri ſimilis planta:fortè eadem cum Meliloto 5.Tragi.
Scorpioides leguminoſa.
Scorpioides leguminoſa altera.
Ornithopodium.
Ornithopodium tuberoſum Dal.
Polygalon veterum.

Polygala quibuſdam flore luteo.
Polygala Cortuſi.
Glauce veterum.
Glauce leguminoſa herbariorum.
Tribulus terreſtris.
Melilotus ex ſententia veterum.
Lotus veterum & in genere.
Lotus ſatiua veterum.
Lotus ſylu.veterum.
Lotus ſatiua noſtras per terram ſparſa,flore albo.
Melilotus Ægyptia.
Lotus corniculata glabra & hirſuta minor.
Loti maioris ſpecies corniculata.
Lotus corniculata parua ſingularibus vel gemellis ſiliquis.
Lotus pratenſis ſiliqua lutea.
Lotus tetragonolobus.
Loto ſiliquoſæ ſimilis,alia Dod.
Lotus Ornithopodij ſiliquis.
Lotus ἱεραζύνη edulis ſiliquoſa.
Vulneraria ruſtica.
Auricula muris Camer.
Medica lunata.
Trifolium Halicaccabum ſiue Veſicarium.
Telephium Scorpioides.
Scorpioides ex veterum ſententia.
Scorpioides ſiliqua Campoide.
Fœnugræcum.
Fœnugræcum ſyl.
Trifolium argenteum.
Trifolium maius purpureum.
Trifolium Aſphaltites.
Trifolium Americanum.
Trifolium purpureum vulgare.
Trifolium albo-incarnatum,ſiue Lagopus maximus.
Trifolium purpureum maius:Cytiſus Trago.
Trifolium aliud montanum,minus purpu. Thalij.
Trifolium ſtellatum Monſp.
